Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Auto. Aristo. De senectute

consumit multo tempore. hoc multa flāma consumit paruo tpe
Locus ꝺtinens rem . vel operatur ad generationem vel ad conser uationem rei. vel contraria rei operatur
Inter animalia longissime vite sunt ceruus ⁊ coruus.
Vita animalis fit per calidum ⁊ humidum
Senectus frigida est ⁊ sicca
Animalia multū coeuntia multum senescunt. quia sperma qꝺ ē superfluū nutrimēti emissum exiccat. ⁊ ꝓpter hoc mulus longioris ē vite q̄ asinus vel equus ex q̄bus generatur. quia ipse non generat
Masculi si coitum non faciunt naturaliter sunt longioris vite q̄ femelle. qz masculus calidior est q̄ femella. sed si masculi multuz coeant breuioris sunt vite femellis.
Labor exiccat ⁊ senectutem inducit
Unde multum laborantes magis senescunt
¶Commentator Complexio iuuenum est calida ⁊ humida senum vero est frigida ⁊ sicca
Castrati plus viuunt q̄ non castrati ꝓpter paucitatē coitus
Propter paucitatem coitus viuit plus mulus q̄ equus vl' asinus et femelle q̄ masculi
Qui habitant in regionibus calidis ⁊ humidis longioris sunt vite per accidens propter paucitatē putrefactionis

Sequuntur autorita. libri de senectute ⁊ iuuentute.

Qꝺ primo fit in animali vnde cor primuz est viuens et vltimum moriens
Principium sensus est in corde.
Locus medius est locus principalis
Natura semper ex possibilibus facit quod optimum est
Cor est principium caloris naturalis ⁊ vite animalis Unde destructo cordis calore destruitur ⁊ animal
Vita conse uatur per calidū Ieiunia calefactoria siti faciunt.

¶Autoritates li. de re piratōe ⁊ inspiratōe

Uecum q̄ animalia habent pulmonem illa respirāt.
Pisces non respirant ad aeris attractionem. sed refrigerium cordis fit ipsis ab aq̄ quā recipiunt per brācias
Idem est principium sanguinis ⁊ venarum. scz cor.
Respiratio fit in animali ad refrigerādum cor ⁊ loca vicina cordi vnde que magis calida sunt magis indigent respiratione.
Unum organū tm̄ est necessarium ad vnū opus.
Naturam nihil videmus facere frustra
Homo habet pulmonem multum sanguineum ⁊ calidum.
¶Unumquodq̄ maxime conseruatur loco et tempore sibi conue/